



DE
RESCRIPTIS
MORATORIIS
CVRSVM VSVRARVM
NON SISTENTIBVS

Von denen Anstands-Briefen, welche den Lauf der
Interessen nicht hemmen.

PRÆSIDI
ERNESTO MARTINO
CHLADENIO D
INSTITVTIONVM PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO
CVRIÆ PROVINCIALIS SCABINATVS ET FACVLTATIS
IVRIDICÆ ITEMQVE IVDICII PROVINCIALIS
IN MARCHIONATV INFERIORIS LVSATIAE
ASSESSORE

PRO LICENTIA
SVMOS IN VTROQVE IVRE HONORES
CAPESSENDI

DIE XXII. NOVEMBR. A. R. S. MDCCLVII

PVBLICE DISSERTET

IOANNES CHRISTIAN. GOTTHELFF ADAMI

LVCCAVIA LVSATVS

IVRIS VTRIVSQVE CANDIDATVS

VITEMBERGÆ EX OFFICINA GERDESIANA.

DE
RECORITIS
MORATOLLIS
CVRVM SVARVM
NON SISTENTIBVS

Dono dnm dnm dnm dnm dnm dnm dnm dnm dnm dnm
Johanne nide dnm dnm
PRAEDIC

ERNESTO MARTINO
CHADENIO

PROVINCIAE
CIVITATIS
MARCHIONIS
ASSIS

PROVINCIA
SYMOSIN

JOHANNES
GOTTFRIED

MARTINUS





DE
RESCRIPTIS MORATORIIS
CURSUM VSVRARVM
NON SISTENTIBVS

I.

IVDEX DEBITORI EX IVSTA CAUSA
INDVCIAS AD MODICVM TEMPVS
DARE POTEST.



QVOD iterum iterumque suggerunt leges ciuiles,
pertinet ad officium iudicis, vt in iudicio inter
debitorem et creditorem id potissimum caueat,
vt creditoris SUMMO IVRI nihil admisceatur INIVRIAE. Si
audias CAIVM^a), id, quod debetur, non AMARE exigendum est,
sed

IV DE RESCRIPTIS MORATORIIIS

sed cum quodam TEMPERAMENTO. VLPIANO auctore ^{b)}, cauendum est, ne creditor ACERBVM se EXACTOREM, nec CONTUMELIOSVM, praebet, sed MODERATVM et cum instantia HVMANVM. Eodemque suasore ^{c)}, iudex dispicere debet, ne creditor ONEROSVS audiatur. Maxime vero ista cautione opus est, si debitor, qui non suo, sed fortunae, vitio, aere alieno merfus est, rei suae praesidium in aliqua saltem MORA quaeratur, creditor vero, vtut, vel per superos, debitor MORAM roget, precibus mansuescere nesciat, sed SUMMO suo et STRICTO, quod inuocat, IVRE confusus, aut nummos paratos vigeat, aut paratam executionem. Habet tunc iudex, vt NOBILE OFFICIVM explicet, et, quanto ACERBIOREM, quanto ONEROSIOREM, creditorem esse vider, tanto se, vtut ringatur creditor, praebet faciliorem, ad indulgendam debitori ALIQUAM MORAM. Hanc videlicet, si iusta causa subsit, a iudice indulgeri posse, et legum est autoritas ^{d)}, et Doctorum consensus. ^{e)}

a) L. XVIII. pr. D. de aeditio edicto.

b) L. XXXIII. pr. D. de Vfuris.

c) L. XXV. in fin. D. de pignoratitia actione.

d) L. XXI. D. de iudiciis. L. XLV. §. 10. D. de Iure Fisci. Ex Iure Saxonico addimus das Mandat wieder die Banquerottiers §. 4.

e) DAVID. MEVIUS Decif. Part. III. Dec. 236. et Part. VI. Dec. 384. AVGVSTINVS A LEYSER Medit. ad Pand. Spec. XII. med. 4.

II.
 PROLIXIORES INDVCIAS INDVLGERE POTEST
 PRINCEPS IN RESCRIPTO MORATORIO.
 LITERAE RESPIRATIONIS ET QVINVENNALES
 VNDE DICANTVR.

QVODSI vero res debitoris, nimium afflictæ, moram, non aliquam, sed productiorem, exposcere videantur, validum et forte praesidium situm est in PRINCIPIS manu, cuius GRATIOSO RESCRIPTO ab onerosi creditoris iniuria, per prolixioris temporis spatium, ille defendi potest ¹⁾. Videlicet istiusmodi PRINCIPALIBVS RESCRIPTIS, ab ipsa, quæ indulgetur, MORA, MORATORIORVM nomen est inditum. Passim LITERAE STATVSS²⁾, LITERAE INDVCIALES, INDVLTIA, INDVLCIAE MORATORIAE, LITERAE SALVI CONDVCTVSS³⁾ LITERAE DILATORIAE, et, si Germanicum idioma spectes, Anstands-Briefe, eiserne Briefe vocantur ⁴⁾. Commodè etiam a nonnullis LITERAE RESPIRATIONIS appellantur, ex eo, quod debitor, moræ auxilio, RESPIRARE a rei familiaris dispendiis possit, vnde ipsam hanc vocem subinde adliberi videas in moratoriis. THEODORICVS, Gothorum Rex, in Rescripto, apud CASSIODORVM ⁵⁾, Sipontinis negotiatoribus inducias moratorias per biennium tribuit, *ut aliquatenus, audis rescritti verba, debitorum valeat RESPIRARE substantia.* In moratorio generali, quod FERDINANDVS III. anno 1644. Sileis dedit ⁶⁾, sic scriptum: *Weil unser*

Land Schlesien unterdessen wenig Ruhe und Respiration gehabt, wir auch daher in alle Weg geneigt gewesen, demselben mit dergleichen moratorio zu statten zu kommen. Idem Caesar in prorogatione moratorii Senatui Buchhornensi anno 1649. concessa ^{m)}: Obwohl wir Bürgermeister und Rath der Stadt Buchhorn in anno 1644. unser Kayserlich moratorium wieder ihre Creditores auf fünf Jahr lang gnädigst ertheilet, dieweil sie aber durch die continuirlichen verderblichen Kriegs-Pressuren volends ganz zu Boden gelegt, und zu einiger RESPIRATION nicht kommen können, als haben wir zc. zc. **QUINQUENNALES** passim vocantur, quia plerumque ad quinquennium dantur, non vero ideo, quod ad quinquennium sint alligatae, vt opinatur **ANTONIUS FABER** ⁿ⁾. A principis enim arbitrio dependet, quot annorum moram debitori indulgere velit. Hinc prostant exempla moratoriorum, quae non ad quinquennium, sed aut ad breuius, aut ad prolixius, spatium temporis concessa sunt. Sic gloriosissimae memoriae Rex Poloniarum, **AVGYSTVS II.** debitori cuidam moratorium ad **TRES** annos dedit ^{o)}. Aliud eiusdem Regis moratorium ^{p)} ad **QUATVOR** annos est restrictum. Inducias **OCTO** annorum Goslariensibus anno 1624. concessit Imperator **FERDINANDVS II.** ^{q)}. **DVODECIM** annorum moram Comitibus Nassovio-Saraepontanis Imperator **LEOPOLDVS** indulgit, idemque spatium anno 1678. ad **DECENNIVM** vsque extendit ^{r)}. Denique moratorium, quod Elector Palatinus anno 1654. ab Imperatore **FERDINANDO III.** impetrauit,

trauit, VIGINTI annorum inducias concedit¹⁾. Vt intelligas, quae sit Consilii Caesareo-aulici sententia de quinquennio, accipe partem Voti ad Imperatorem²⁾: Die quaestionem quomodo aber und insonderheit auf wieviel Jahre das moratorium zu erstrecken betreffend, solches alles stellen sie Ew. Kayserl. Majestät Willkühr anheim. Nun wird zwar gestritten, ob ein moratorium über fünf Jahr erstreckt werden könne. Neben dem aber, daß deren Meynung in allewege zu praeferiren, welche wollen, daß die Determinirung der Zeit in arbitrio summi principis beruhe, und daß solche nach denen Umständen, die sich bey jedem Fall hervorthun, zu resoluiren sey, so will sich auf diesen casum plane singularem nicht wol appliciren lassen, was die Iura comunia, oder sonst die Rechts-Gelehrte ex vsu fori hierinnen statuiren, inmassen auch supplicanten dieses Beneficium nicht eben per modum moratorii oder Quinquennels, sondern eines besondern indulti oder Rescripti Gratiae gesucht, gleichergestalt als von Chur-Pfalz in anno 1653. bey dem damaligen Reichs-Tag beschehen, und auf zwanzig Jahr erhalten worden, wie wol denn hiebey nicht allein auf die supplicanten, sondern auch auf deren Creditores zu sehen, und daß solche nicht allzu hart und wieder die Billigkeit gedruckt werden.

f) L. XLV. §. 10. D. de iure Fisci.

g) Sic vocantur in Voto Consilii Caesareo Imperialis Aulici ad Imperatorem ad §. Instrum. Pac. Westphal. de Indaganda, quod exhibet 10.
CHRISTOPH. AB VFFENBACH in Tract. de Consilio Caesareo
Impe.

Imperiali Aulico in Append. pag. 197. Verba Voti haec sunt: So wird das zweyte Mittel vorgeschlagen, daß Ew. Kayserl. Majestät nach eingelangten Bericht, erwogenen Umständen nach, dem debitori per Moratoria siue LITERAS STATVS, zu Zeiten auch gar mit Cassation derselben zu Hülfte kommen mögen.

- b) Conf. IAC. BERNH. MVLTVIVS in *maiestate Imper. Iuri suo asserta Part. 11. Cap. IX. §. 7. num. 87.*
- i) A Gallis LETTRES DE SOUFFRANCE, LETTRES DE REPIT, appellari ex PAPONIO refert DION. GOTHOFREDVS ad L. 2. et 4. C. de Precibus Imp. off.
- k) M. A. CASSIODORVS *Variar. Lib. 11. Epist. 38.*
- l) apud IO. CHRIST. LVNIGIVM im *teutschen Reichs Archiu Part. Spec. Tom. V. pag. 809.*
- m) IDEM *Lib. cit. Part. Spec. Contin. IV. pag. 335.*
- n) ANT. FABER in *Codice Lib. 1. Tit. 9. def. 17.* In eandem sententiam anno 1706. procliuus fuisse videntur ICŪ Ienenens in *Respons. 276. num. 23.* vbi inter moratorii, ab Hildesensi Senatu Iudaco cuidam concessi, vitia et hoc refertur, quod dilationem, quinquennali prolixiorum, indulgeat, et ad sex annos extendatur. Sed postea contrariam sententiam in eadem academia publice defenderunt BVRC. GOTH. STRVVIVS in *Syntagm. Iur. Publ. Diff. XII. §. 8. et 10. et IO. PHIL. SLEVOGTIVS in Diff. de Retorsione in moratoriis non competente Cap. III. §. 8.* Vterque Principis arbitrio relinquit, ad quot annos inducias extendere velit.

o) Mora-

- o) Moratorii huius mentio fit in Responso apud IO. BALTH. LIE-
BAR. DE WERNHER *Select. Obs. For. Part. IX. Obs. 174*
num. 5.
- p) Hoc moratorium recenset HENR. ZIFFELIUS in *Tract. von*
Wechsel-Briefen pag. 453.
- q) Literas Caesaris exhibet IO. LIMNAEVS *Iur. Publ. Imp. Rom.*
Germ. Lib. VII. cap. 19. et IO. CHRIST. LVNIGIUS in *Teut-*
schon Reichs-Archiv Part. Spec. Contin. IV. Part. 1. p. 866.
- r) Conf. IO. FRID. PFEFFINGER *ad PHIL. REINH. VITRI-*
ARII Instit. Iur. Publ. Libr. III. Tit. 2. §. 35.
- s) Tenorem moratorii vide in IO. CHRIST. LVNIGII *Teutschen*
Reichs-Archiv Part. Spec. Vol. V. p. 722.
- t) Hoc votum, quod, in causa moratorii Comitum Nassouio-Sara-
pontanorum, Imperatori oblatum est, exhibet IO. CHRIST. DE
VFFENBACH *lib. cit. in Append. pag. 123.*

III.

MORATORIORVM VSVM PROBAT IVS ROMANVM
IVS IMPERII ITEMQVE IVS SAXONICVM,
EORVM VIRTVTEM COMMENDAT FERDINANDVS II
I M P E R A T O R

VT aequitate et insigni vtilitate sua se commendant rescri-
pta moratoria, ita eorundem auctoritatem agnoscunt tum Le-
ges Romanae ^{*)}, tum etiam leges Imperii domesticae ^{**)}. Me-
moratu digna res est, Augustissimum Imperatorem, FERDI-
NANDVM II. in moratorio, quod Goslariensibus anno 1624 de-

B

dit,

dit *) , id sollicitè agere, ut publice intelligatur, se non ex sola plenitudine Potestatis Caesaræ, sed ubique AEQUITATIS et LEGVM IMPERII habita ratione, has inducias concessisse. Vere tanti est, ipsa FERDINANDI verba adscriptisse: Unde aber die allgemeine beschriebene Rechte so wohl, als des heil. Röm. Reichs Policey: Ordnung ausdrücklich vermögen, verordnen und statuiren, daß denjenigen Schuldnern, welche nicht sua culpa vel factò, sed fortunæ asperitate vel aliorum factò, siue iniuria, aut mala temporum conditione, ex accidenti ihrer Güter und Habniß destituirt, in Abnehmen præcipitirt und detrudirt worden, mit induciis siue rescriptis moratoriis succurrirt und mit denselben gegen ihre andringende Creditores für der vorhabenden Execution communitet werden sollen, in fernerer Erwegung, weil diese Concession zu dem Ende nicht gesucht noch indulgirt oder gegeben wird, *ut absolute creditores petere prohibeantur, sed saltem ad tempus, nec ut debiti iacturam faciant, sed ne interim inquietent, vel ad solutionem urgeant debitorem, et sic quasi nulla, vel saltem permodica, ad modicum nimirum temporis creditorum interueniat laesio, quæ, cum secundum L. 21. ff. de Iudiciis, magnum creditoris damnum esse non possit in mora modici temporis, atrendi non debeat*, daher sich denn niemand billigmäßigen Verstands, und worinnen ein Stücklein christlicher Liebe ist, weder über sie, die supplicirende debitores, welchen aus kündlichen unversehentlichen zugestandenen Unfällen, oder *per vim maiorem, aliorum culpa vel factò*, an ihren Gütern Schade, Abschagn-

gen

gen oder andre vorgebenliche Ungelegenheit zugestanden und dadurch in Abnehmen und Verderben kommen, der Nachsuchung halber dies in Rechten erlaubten und den Elenden und Unterdrückten zu guten verordneten Beneficii, als auch Uns die höchste Obrigkeit dessen Concession und Ertheilung zu beschwehren habe, sondern dieseibe *ex ordinaria nostra tanquam summi principis potestate*, zu begebenden Fällen, wie er iuste wohl geschehen könne, als haben Uns *ic. ic.* Si denique de Iure Saxonico quaeras, etiam in hoc, intelliges, moratoriorum vsum probari, et debitoribus, aere alieno, citra culpam suam, laborantibus spem fieri, impetrandi inducias. Audias Gloriosissimum Electorem, IOANNEM GEORGIVM II^o): daß bey uns solche Bancarottirev und Schuldner darwider und zu Abwendung des persönlichen arrests, sich keiner Commission, Schuß, Geleits oder Anstands Briefs zu trösten haben; Würde aber ein Schuldner glaubliche Urkunden und Scheine vorbringen, daß er aus unversehenen, ohne alle seine Verwahrlosung zugestandenen unglücklichen Zufällen, als wegen erlittenen Brandes, Schiff Bruchs, Rauberey und dergleichen, in Schulden und Verderben gerathen, so wiederführe ihm, nach Verordnung derer Rechte, deroentwegen billig Linderung.

u) L. XLV. §. 10. D. de iure Fisci.
L. II. et IV. C. de Precibus Imp. offer.

w) REFORM. ORD. POLIT. IMP. de anno 1548. Tit. XXII. §. 2.
ORD. POLIT. IMP. de anno 1577. Tit. XXIII. RECESS. IMP.

NOVISS. de anno 1654 §. 175. ad cuius illustrationem pertinet die
 Kayserliche Resolution in materia commerciorum de anno 1668,
 item das Reichs Gutachten des Commerciens Wesens halber
 de anno 1669. nec non die Kayserliche Resolution de anno 1669,
 quas Tabulas exhibet IO. CHRIST. LVNIGIVS in teutschen
 Reichs Archiv Part. Gener. I. pag. 515. et 517. et Contin. II.
 2te Sortsezung pag. 249.

- 1) Tenorem huius moratorii recensent IO. LEMNAEVS et IO.
 CHRIST. LVNIGIVS locis antea allegatis.
- 2) RESOLVT. GRAVAM. de anno 1661. Tit. von Justitien Sachen
 §. 78. et 79. et DECIS. ELECT. XXX.

IV.

THEMA PROPOSITVM.

LATE omnino patet, et dicendorum copia ita exuberat,
 doctrina de MORATORIIS, vt illa non solum Iuris civilis inter-
 pretes ¹⁾, sed etiam Iuris Publici Doctores ²⁾, occupet. Imo
 sunt, qui hanc doctrinam peculiaribus libellis complexi sunt ³⁾.
 Ex tanto quidem materiae apparatu nihil iam delibare vacat,
 nisi controuersum illud argumentum, an RESCRIPTA MORA-
 TORIA CVRSVM VSVRARVM SISTANT. Scilicet in eodem
 ventilando ita verfabimur, vt negatiua, quam defendimus,
 non LEGVM modo autoritate, sed etiam PVBLICARVM TABV-
 LARVM fide, et VSV IMPERII, corroboretur.

- 2) Plerique nimirum Doctores, qui Ius Romanum commentationibus
 suis illustrant, etiam in illustrando hoc argumente operam collo-
 cant.

ant. Ex quibus praesertim WOLFFG. AD. LAVTERBACHIVM
 in *Colleg. Theor. Pract. Lib. XXI. Tit. 1. §. 34. seq.*, IO.
 BRUNNEMANNVM in *Comment. ad L. IV. C. de prec. Imp.*
 offer. SAM. STRYKIUM in *Vsu Mod. Pand. Lib. XLII. Tit. 3.*
 §. 5. CLAVGVSTIN. A LEYSER in *Medit. ad Pand. Spec. XII.*
 excitasse iuuabit.

- a) Cum enim tum Imperator in imperio, tum Status Imperii in suis
 territoriis, moratoria concedere possint, locum omnino in Iure
 Publico sibi vindicat haec doctrina. Hinc, videas, eam ex-
 poni a BVRC. GOTFH. STRVUIO in *Syn. Iur. Publ. Diff. XII.*
 §. 8 sequ. a GAER. SCHWEDERO in *Introd. in Ius Publ. Parr.*
Spec. Sect. 1. cap. 17. a IO. LIMNAEO in *Iur. Publ. Imp. Rom.*
Germ. Lib. IV cap. 8 num. 320. sequ. et a IO. HENR. STAM-
 LERO in *Tract. de Reservatis Imperatoris §. LXXIII. aliisque.*
- b) Non liber transcribere nomina autorum, quos, numero sat am-
 plo, recenset MART. LIPENIVS in *Biblioth. Real. Iurid. sub*
titulis: Induciae quinquennales, et: Moratoria rescripta. His ta-
 men addimus IO. FRID. MOHR *de Rescriptis dilatoriiis.*

V.

SPECIES, STATVM CONTROVERSIAE ILLVSTRANS.

VT plenius intelligas, quorsum spectet controuersia, hanc
 speciem accipe. Manlius, vir ceteroquin honestus et opi-
 bus satis instructus, praeter alios creditores, Pompeio de-
 ber mille, sub hac lege, vt, elapsis tribus annis, solutionem
 fortis, interim vero quotannis vsuras, praestet. Primo anno

Manlius soluit vsuras. Anno altero, tum hoc, tum illo, grauiori casu maximae partis bonorum iacturam patitur. Iam, cum intelligat, aut tantum ex bonis non superesse, vt omnibus creditoribus inde satisfieri possit, aut, si tantum superfit, sibi tamen miserrimam conditionem, vt etiam laribus et auita domo carendum sit, imminere, si creditores proximis annis debita perfequantur, sollicitè requirit auxilium principis. Ab hoc impetrat resciptum moratorium, quo quinque annorum induciae conceduntur. Per hoc quinquennium Manlius rerum satagit, vt, vario quaestu honesto, illam bonorum iacturam, quam, fortunae iniuria, passus erat, quodammodo repararet, resque suas ita componat, vt, finita dilatione quinquennali, gratiose concessa, non solum creditoribus satisfieri possit, sed sibi etiam quoddam suppetat patrimonium. Elapso tandem quinquennio, praesto adsunt creditores, et inter hos Pompeius. Hic calculum Manlio offert, quo non solum sortis, sed etiam vsurarum, quae inde ab altero contractae obligationis anno debentur, quantitas comprehenditur, eiusdemque solutionem vrget. Contra Manlius sortis quidem solutionem offert, sed, vsurarum rationem haberi posse, negat. Prouocat ad moratorii, quod altero illo anno impetrauerat, virtutem, et strenue contendit, cursum vsurarum ex eo tempore, quo moratorium concessum, expirasse. An recte?

VI.

SPECIES ALTERA.

ADDIMVS alteram speciem. Inter eiusdem Manlii creditores est Hortensius. Huic ille debet quingentos, et quidem circa promissionem vsurarum. At statò tempore, terminum solutionis vocant, solutionem Hortensio non praestat, sed per biennium est in mora, adeoque ex mora vsuras debere incipit. Elapso biennio moratorium impetrat, cuius autoritate per quinquennium tutus est ab actione Hortensii. Circumacto quinquennio, Hortensius petit quingentos, cum vsuris septem annorum. At Manlius ei autoritatem moratorii opponit, et vsuras quidem biennii illius, per quod se in mora fuisse concedit, offert, sed reliquas soluere detrectat, iterumque contendit, interruptum esse, moratorii vi, vsurarum cursum, ideoque ex proximo quinquennio nullas deberi. An merebitur assensum?

VII.

TERTIA SPECIES.

SVCCE DAT denique species tertia, vt, probe distinctis casibus, distinctior fiat doctrina, quam proponimus. Idem Manlius sexcentos debet Cornelio, et quidem sine vsuris. Antequam dies veniat, inducias quinquennales ipsi indulget princeps. Altero induciarum anno dies venit. Non soluit Manlius, quia moratorium rescriptum dilationem dedit. Absoluto

luto quinquennio mox offert Cornelio sexcentos. At Cornelius studiose computat usuras, quas, inde a die solutionis praefixo, currere existimat, earundemque solutionem cum sorte urget, ex ratione, quod, die interpellante, mora debitoris incipiat, haec vero debitorem obliget ad praestationem usurarum, usque dum ipsa fors praestetur. Contra Manlius, rescritti moratorii virtute confusus, negat, se in mora esse, seque hoc nomine debere usuras. An assistente iure?

VIII.

EXPLICITIVS PROPOSITVR THEMA.

HAEC quidem quaestiones vt expediantur, rem ita definimus. Si, tempore impetrati moratorii, cursus usurarum nondum inceperit, nec incipit durantibus induciis, quas moratorium concedit. Si vero, antequam debitor moratorium impetret, currere iam coeperint usurae, vel ex conuentione, vel ex mora, debitae, regulariter etiam currunt per tempus induciarum, et, licet ex moratorio hic fructus in debitorem reundet, vt, durante moratorii autoritate, eas exigere creditor non possit, currunt tamen, et, finitis induciis, recte exiguntur cum sorte. Vtramque hanc propositionem si teneas, intelliges, recte quidem Manlium Cornelio opponere moratorii autoritatem, sed eam tum Pompeio, tum Hortensio, frustra opponi. Prior quidem propositio nos non morabitur, cum tractatio spectet ad casum, si, tempore concessi moratorii,

torii, cursus vsurarum iam existat. In altera vero, quae casum hunc tangit, exponenda, ex instituto occupabimur.

IX.

AUCTORITATI DISSIDENTIUM OPPONITUR
AUCTORITAS DOCTORVM CONSENTIENTIVM.

CONTROVERSVM, diximus, esse argumentum, quod tractamus. Et vere. Eorum enim, qui secus sentiunt, non exiguum esse numerum, vel ex eo iudicabis, quod GABRIEL SCHWEDERVS ^{c)}, eam opinionem, quod cursus vsurarum per inducias sistatur, defensurus, ingenue fateatur, se CVM COMMUNI DOCTORVM SCHOLA hoc affirmare. Neque negandum est, viros magni nominis in hac schola agere, ex quibus nominamus BENED. CARPZOVIUM ^{d)} et CASP. ZIEGLERVM ^{e)}. Imo CARPZOVIUS, vt suae sententiae robur addat, Scabinos Lipsienses anno 1627. hunc in modum respondisse, commemorat ^{f)}: Seyd ihr wegen grossen Brand-Schadens ohne eure Verwahrlosung und Nachlässigkeit in grosse Schulden gerathen, deswegen auch von der hohen Obrigkeit die Induciae quinquennales ertheilet worden, so mdget ihr, binnen wählenden solchen inducien, denen Gläubigern die Capitalia zu verzinsen, nicht angehalten werden ^{g)}. Sed auctoritate sola non dimouemur ab instituto. Imo, vero, si auctoritatem desideres, hac non destituitur nostra, quam defendimus, sententia. Triumuiros nominamus NICO-

LAVM CHRISTOPHORVM LIB. BAR. DE LYNCKER, IOAN-

C

NEM

NEM HENRICVM NOE. DOM. DE BERGER, ET AVGVSTINVM ALEYSER. Ille quidem docet ^{b)}: *Vsurae, tempore moratorii, currere non desinunt, non tamen illae, nisi finito moratorio, possunt exigi.* Ille: ^{c)}; *Litevis moratorii cursus vsurarum minus sistitur, earum tamen solutio cum sorte differtur.* Hic vero ^{d)}: *Rescriptum moratorium cursum vsurarum non sistit.* Hi quidem omnes breuiter, nec deductis, quibus praesertim commoueantur, rationibus. Quae vero momenta nos commoueant, iam expediemus.

c) GABR. SCHWEDERVS *Introd. in Ius Publ. Part. Spec. Sect. I. Cap. 17. §. 9.*

d) BENED. CARPZOVIVS *in Asylo debitorum Cap. IV. §. 61. et in Iurispr. For. Part. II. Const. 30. def. 46.*

e) CASP. ZIEGLERVS *de Iur. Majest. Lib. I. cap. XLVIII. §. 17. 18.*

f) BENED. CARPZOVIVS *in Iurispr. For. loc. cit.*

g) Vid. tamen *infra §. XIV. in fine.*

h) NIC. CHRIST. L. E. DE LYNCKER *Resolut. CCL. circa finem*

i) IO. HENR. N. D. DE BERGER *Oecon. Iur. Lib. III. Tu. VIII. §. 12. n. 2.*

A) AVGVST. ALEYSER *Medit. ad Pand. Spec. XII. Coroll. 1.*

X.

INDOLE MORATORII EXCLVDIT INTERPRETATIONEM
QVA DEBITI QVANTITAS MINVATVR,

PRIMVM quidem momentum in ipsa RESCRIPTI MORATORII indole situm est. In eo enim princeps debitori, ex iustis

iustis causis, dilationem ad certum tempus concedit, vt intra illud ad solutionem debitorum compelli non possit. Nihil igitur, nisi MORAM, concedit Princeps, si nihil, nisi MORAM, petat debitor. Creditoris vero iuri quaesito ea concessio regulariter nihil derogat, nisi quod PROROGET EXECUTIONEM eius, QVOD DEBETVR. Augustos testes habeo, FERDINANDVM II. et FERDINANDVM III. Imperatores, qui in moratoriis suis id caute prouident, ne, praeter dilationem, iuribus creditorum quicquam detrahere videantur. Nimirum FERDINANDVS II. in moratorio Goslariensibus dato, cuius partem supra¹⁾ recensuimus, diserte: *Weil diese Concession zu dem Ende nicht gesucht noch indulgirt oder gegeben wird, vt absolute creditores PETERE PROHIBEANTVR, sed SALTEM AD TEMPVS, nec vt DEBITI IACTVRAM faciant, sed ne INTERIM inquietent, vel ad solutionem urgeant debitorem, et sic quasi nulla, vel saltem permodica, AD MODICVM NIMIRVM TEMPORIS, creditorum interueniat laeso.* Et FERDINANDVS III. in moratorio, magistratui Buchhornensi anno 1649 concesso^{m)}, ita ad creditores: *Wie nun ihr, die Creditores, hieran mehrers nicht, als die Zeit, unter welcher sich Bürgermeister und Rath der Stadt Buchhorn erhalten können, zu verlihren habt, also geschicht u.* Iam patet, vim fieri moratorio rescripto, si quis ex eo, quod princeps MORAM debitori indulgeat, simul, creditori ius PETENDI VSVRAS ademptum esse, siue, quod idem est, cursum vsurarum fisci, colligat.

MORAM tantum impetrat debitor, salva ceteroquin ipsa DEBITI QUALITATE, quae fuit, antequam illam impetraret.

l) vid. *supra* § III.

m) IO. CHRIST. LVNIGIVS *im Teutschen Reichs Archib*
Part. Spec. Contin. IV. Part. 1. pag. 335.

XI.

ASSISTUNT LEGVM ROMANARVM
ARGVMENTA.

SI de iure romano quaeras, etiam hoc causae nostrae praesidium affert. Concessio moratorii est beneficium Principis. Nostri vero, quem sensum habeant, ex mente legum Romanarum, beneficia principis, si dubia sint, et interpretatione indigeant. Vt illa large plerumque sint accipienda^{*)}, tamen, si de tertii praeiudicio agatur, strictam admittunt interpretationem^{*)}. Quod si igitur de sensu moratorii, et utrum princeps, debitori inducias concedendo, eum a praestatione usurarum liberauerit, nec ne, controuersia oriatur, ea obtinebit sententia, quae creditori minus nocet. Hoc vero argumentum, ut reliqua, quae huc trahi possunt, legum Romanarum argumenta, excutere non lubet, cum eadem videamus iam excussa esse a SIGISMUNDO FINCKELTHAVSIO^{*)}, et, qui eum accurate sequitur, IOANNE PHILIPPI^{*)}, aliisque, qui ab utroque excitantur. Imo vix opus est, ut iuris peregrini argumenta studiose exquiramus, cum ipse domestica-
rum

rum legum apparatus ministrat argumenta, quae pondere suo non desituuntur.

n) L. III. D. de Constit. Princ.

o) L. II. §. 16. D. Ne quid in loco publico L. CXLI. D. de R. I.

p) SIGISM. FINCKELTHAVS *Observ. Pract.* XLVII.

q) IO. PHILIPPI *Observ. ad Dec. Elect.* XXX.

XII.

CONSENTIT VTRAQUE ORDINATIO POLITICA IMPERII.

EIVS INTERPRETES FERDINANDVS II.

ET FERDINANDVS III.

IMPERATORES.

NIMIRVM vtraque Ordinatio Imperii Politica, tum illa, quae anno 1548ⁿ⁾, tum quae anno 1577^{o)}, publicata, id praefertim cauet, ne quid dispendii, ex moratoriorum concessione, in creditores redundet. Audias verba: Und nachdem sie zu Zeiten bey den Römischen Kaysern und Königen moratoria oder Quinquennel ausbringen und erlangen, und nach mittler Zeit, oder nach Ausgang derselben ihre Creditorn und Gläubiger nicht bezahlen, oder sich mit ihnen setzen und vertragen, so meynen wir hiemit ernstlich und wollen, daß ihnen solche moratoria oder quinquennel hinführo nicht mehr gegeben werden sollen, wir oder unsere Nachkommen, Römische Kayser oder Könige, seyen denn von der Obrigkeit, darunter solche verdorbene

oder aufgestandene Kauf-Leute gefessen, zuvor eigentlich berichtet und vergewisiget, oder daß dieselbe Kauf-Leute glaubliche Urkunden oder Schein vorbringen, daß sie aus unversehnen zugefallenen Unfällen ihre Leib oder Güter verdorben oder aufgestanden seyn, und daß in solchen Fällen die moratoria oder quinquennel statt haben. Wo aber die anderer gestalt und mit verschwiegener Wahrheit ausbracht oder erlangt worden, alsdenn sollen sie kraftlos und unfürträglich seyn, und dafür gehalten werden. Haec quidem verba, licet vsurarum, durantibus induciis currentium, nullam mentionem faciant, hunc tamen habent sensum, hanc mentem, quod creditor nec forte, nec vsuris, fraudandus sit a debitore, moratorii obtentu. Ne dubites, ipsis rerum argumentis hoc confirmabimus. Videlicet ipsi Imperatores, qui, ductu vtriusque Ordinationis politicae, debitoribus obaeratis moratoria dederunt, hunc sensum secuti, plerumque in ipsis literis moratoriiis vsurarum, durante induciarum tempore, currentium, mentionem fecerunt, ne his excidere creditores videri possent. Prouocamus iterum ad moratorium, quod Goslarienses anno 1624. impetrarunt. In hoc FERDINANDVS II. Imperator diserte ait, se ductu Ordinationis Politicae has inducias concedere. Deinceps vero pergit: darum so vermahnhen und befehlen wir allen und jeden Obrigkeitten, wie auch euch denen Creditorn sämmtlich und einen jeden insonderheit, sie und ihr wollen mit mehrgedachten supplicanten wegen außständiger Bezahlung sowohl des Capitals, als auch bereits

reits veressen und künftiger Zinsen, obverstandene acht Jahr über in Gedult stehen, und sie, noch die ihrigen, in keine Weise noch Wege wieder dieses unser Kayserlich moratorium nicht molestiren noch beschwehren. Wie nun dies ermeldter Stadt Goslar zu gedeylichen Aufnehmen gereichet, und ihr, die sämtlichen Creditores, hieran nur die Zeit, unter welcher sich eure debitores ihres erlittenen Schadens wiederum erholen möchten, zu verliehren, als geschicht u. u. Ne alterum exemplum desideres, succedat moratorium, quod senatui Buchhornensi anno 1649. concessum. In hoc FERDINANDVS III. Imperator^o: Als haben wir unser Kayserlich moratorium über ihre vöilige Capitalia und Interesse auf noch 5. Jahr lang von dato dieses Briefs prolongiret; begehren hierauf und wollen, daß sie, die Creditores, wegen ihrer praetension, sowohl an Capital als *Interesse* diese Jahre über in Gedult stehen. Wie nun ihr, die Creditores, hieran mehrers nicht, als die Zeit, unter welcher sich Bürger-Meister und Rath der Stadt Buchhorn erholen können, zu verliehren habt, so geschicht etc. Imo FERDINANDVM III. serio id intendisse, ut durandibus induciis vsurae currant, ex eo luculenter patet, quod in moratorio generali, Silesiis anno 1644. concessio^o, iubeat, vt debitor, impetrato moratorio, creditorem, cautionis praestatione, securum reddat, tum sortem, tum etiam vsuras interim currentes, solutum iri. Clare Imperator: Wie denn auch solche Caution nicht allein auf das Capital, sondern auch auf die unmittelbar fortlaufenden *Interessen* zu richten seyn wird.

r) RE-

- r) REFORM. ORD. POLIT. *de anno 1548. Tit. XXII §. 2.*
 s) ORD. POLIT. IMP. *de anno 1577. Tit. XXIII §. 4.*
 t) IO. CHRIST. LYNIGIVS in *Teutschen Reichs. Archiv. Part. Spec. Contin. IV. Part. I. pag. 866.*
 u) IDEM *lib. cit. pag. 335.*
 w) IDEM *Part. Spec. Tom. V. pag. 809.*

XIII.

CONSENTIT RECESSVS IMPERII NOVISSIMVS.

MAGNA etiam, in hoc argumento, est auctoritas Recessus Imperii Nouissimi, qui vti debitorum, ita et creditorum, causam sollicitè agit. Nimirum cum in ipsis Tractatibus Pacis Westphalicae tanti visum esset, vt debitoribus, quorum res, non propria, sed belli tricennalis, culpa et nimio vsurarum cursu, in discrimen adducta erat, patrocinium publice praestaretur, ab ipso paciscentium concilio decretum est^{u)}, vt haec materia in proximis Comitibus plenius tractaretur. Neque hoc caruit euentu. Copiose enim illa in proximis Comitibus agitabatur. Quem vero in modum composita tandem res fuerit, exponit Recessus^{v)}. Videlicet definitur, vt debitor intra tres annos proximos tutus sit ab exactione sortis, vt idem, post lapsum trium annorum, particularem solutionem offerre creditori possit, vt vsurae praeteriti temporis, vsque ad quartam partem, plane remittantur, vt denique, quod praesertim huc pertinet, et creditorum commodo prospicit, VSVRAE, inde a tempore huius Recessus CVRRENTES, QVOTANNIS ACCVRATE SOLVAN-

SOLVANTVR INTEGRÆ. Diserte Recessus ²⁾: Anreichend die künftige Zins und Interesse, sollen von nun an dieselbe alle und jede Jahre unfehlbar bezahlet, und im Fall des Saumsfalls auf bloße Vorzeigung der Obligation per paratam executionem wieder den Schuldiger verfahren werden. Ex qua dispositione, quae vere MORATORIUM aliquod generale continet, luculenter intelliges, mentem Imperatoris et Imperii esse, durante moratorii autoritate, neutiquam vsuris fraudandos esse creditores. Imo, vt creditorum securitati eo magis prospiciatur, iisdemque nihil a specialibus moratoriis metuendum sit, pergit in Recessu Imperator: dieser Unser bisher gesetzten Verordnung soll allerdings nachgegangen und darüber steif und fest gehalten werden, ungehindert aller hiebevordertheilten Moratorien, wir wollen auch inskünftige keine andere moratorien, dieser allgemeinen Reichs-Verordnung zu entgegen, nicht ausgeben noch ertheilen lassen.

x) INSTRUMENTVM PACIS WESTPHALICAE Art. VIII.
§. 5.

y) RECESSVS IMPERII de anno 1654. §. 170. sequ.

z) RECESSVS IMP. allegatus §. 174.

XIV.

IPSA CARPZOVII DISSENTIENTIS AETATE HAEC SENTENTIA
 IN SAXONIA VIGVIT. REI IUDICATAE EXEMPLVM.
 TANDEM LEX PVBLICA PRO CVRSV VSVRARVM
 LATA A IOANNE GEORGIO II
 ELECTORE.

INSIGNEM denique auctoritatem huic sententiae, quae pro cursu vsurarum durante moratorio militat, conciliat auctoritas Gloriosissimi et Sapientissimi Electoris Saxoniae, IOANNIS GEORGII II, qui, argumentis, quae ad utramque sententiam stabiliendam spectant, probe et accurate ponderatis, hunc in modum constituit: Ob nun wohl hiebey etliche Rechtslehrer vorgeben, daß bey wâhrenden fünfjâhrigen inducien der Schuldner denen Gläubigern die Capitalia zu verzinsen nicht schuldig, so lassen wir uns doch die andere Meynung, so denen Gläubigern die Zinsen binnen solchen fünf Jahren nicht abstricken, gefallen, jedoch mit dieser Erklärung, daß angeregte Zinsen zugleich mit dem Capital gestundet werden. Vidit igitur CARPZOVIVS, cursum vsurarum, contra quem strenue pugnauerat, publica lege, cuius promulgationi ipse interfuit, probari et firmari. Imo vero, iam ante legis huius promulgationem, hanc sententiam a Iuris Saxonis probatam, et rei iudicatae auctoritate munitam fuisse, ipse CARPZOVIVS disertefatetur, siquidem, Facultatem Iuridicam Lipsensem Mense Aprili

Aprilii anni 1634. pro cursu vsurarum pronunciaſſe, commemorat ^o). Hic vero Reſponſi tenor ^d): daß klagende debitores die verfallene und reſtirende Zinſen de annis 1630. 1631. ihres Vorwendens ungeachtet, beklagten Creditorn vollk mmlich zu entrichten und ihnen wieder ihren Willen ichtwas davon abzuf rhen, nicht befugt. Quidam etiam ſuſpicemur, ſententiae Scabinorum Lipſienſium, quam CARPZOVIVS, ad firmandam ſuam ſententiam, allegat ^o), non hanc mentem eſſe, quod CVRSVS VSVRARVM, durantibus induciis, SISTATUR, ſed potius hanc, quod VSVRAE, durantibus induciis, EXIGI non poſſint. Et vere videntur verba: So m get ihr binnen w hrenden inducien, referenda eſſe ad verba: nicht angehalten werden. Si hunc ſenſum habeat Scabinorum ſententia, plane ea nobiſcum ſentit, cum doceamus, currentibus induciis EXIGI non poſſe vsuras, ſed exactionem vsurarum interim currentium, vt ſortis, differendam eſſe, vsque dum finitae ſint induciae.

- a) Lege Sanctionem Sereniſſimi, quae Deciſionibus Electoralibus anno 1661 promulgatis, praemiſſa eſt.
- b) DECISIO ELECTORALIS XXX. de anno 1661.
- c) BENED. CARPZOVIVS *Iuriſpr. For. Part. II. Conſt. 30. Deſin. 46. num. 5.*
- d) Tenorem recenſet SIGISM. FINCKELTHAVS *Obſ. XLVII. num. 36.*
- e) Vide ſupra § IX.

CONTRARIA IURIS ROMANI ARGUMENTA HANC
DOCTRINAM NON TURBANT.

ARGUMENTVM AB AEQVITATE AGNOSCIMVS IN TANTVM.

IAM intelliges, quid in hac doctrina, quae praesertim Legum domesticarum ductu est tractanda, valeant illa Iuris Romani argumenta, quae pro stabilienda sententia, cursum vsurarum sistente, excitari solent. Taedet illa repetere, cum ea videamus decies repetita, et refutata esse ab aliis^{f)}. Interim tamen, ne omnem argumentandi rationem, etiam eam, quae summa aequitate nitatur, plane reprobare videamur, concedimus, pondere suo non omnino destitui eorum sententiam, qui contendunt, debitori, ipsa vsurarum mole, iam eo tempore, quo moratorium petat, laboranti, succurrendum esse, si pateat, vix fructuosam ipsi fore moratorii concessionem, nisi per tempus induciarum cesset vsurarum cursus. Agnoscimus, succurrendum esse pro re nata, et succurri posse; sed, qua via, hoc videbimus.

f) Vide SIGISM. FINCKELTHAVS *Obs.* 47. 10. PHILIPPI *Obs. ad Dec. Elect.* 30. ceterosque qui tum ab illis, tum a TOB. BARTHIO *Dissens. in Praxi Centur. IX. diss. 866.* allegantur.

XVI.

PRINCEPS IN IP SO MORATORIO DEBITOREM
A CURSV VSVRARVM LIBERARE POTEST
VRGENTIBVS CIRCVMSTANTIIS.

VIDELICET ad arbitrium ipsius Principis, a cuius gratia moratoriam opem debitor afflictus expectat, plane pertinet, quem modum suo beneficio expresse dare velit. Quodsi igitur hic, probe exploratis, quae debitorem eiusque rem familiarem urgeant, dispendiis, intelligat, fortiori praesidio opus esse, potest et hunc moratorio suo rescripto modum dare, vt durantibus induciis vsurae non currant. Haec quidem doctrina vt menti Legum Imperii conuenit, ita quoque Imperii vsu corroboratur. Nosti, quam accurate Consilium Caesareo-Imperiale Aulicum, in consultando et iudicando, vbique Legum Imperii regulam sequatur, imo idem, praesertim in materia MORATORIORVM, ex mente Ordinationis Politicae Imperii agere, testatur Imperator LEOPOLDVS^{b)}. Iam vero splendidissimum hoc Iudicium ita censuit in Voto ad Imperatorem^{b)}: Ob schon quoad currentes vsuras ebentwohl inter Doctores viel Streitens, an illarum cursus per inducias moratorias sistatur, und jede Meynung ihre besondere rationes hat, so gehöret doch diese disputation allein ad illum casum, da induciae gegeben, oder derentwegen keine gewisse Vernehmung in denselben befindlich. In gegenwärtigen Falle aber, da die Frage, ob per indultum der cursus sistiret werden, könne, ist unstreitig, daß

solches aus erheblichen Ursachen wohl geschehen möge, und alsdenn zumal, wenn sich soviel findet, daß der debitor finito tempore indulti das Vermögen nicht haben werde, die interim erschienenen vlturas abzutragen, oder durch das indult ihm anders nicht geholfen werde. In solchen und dergleichen Fällen wird vor billig geachtet, daß der unvermöglische debitor auch von den laufenden Zinsen befreyet werde. Deinde, vt constat, etiam Imperatorem et Status Imperii huius doctrinae aequitatem agnouisse et probasse, accipe specialis indulti, quod, intercedentibus Imperii Statibus, Electori Palatino FERDINANDVS III. Imperator anno 1654. ¹⁾, concessit, verba: daß wir auf solche des heil. Reichs Chur Fürsten und Ständen ansehnliche Recommendation und Gutbedüncken unsere Kayserliche Resolution dahin gnädigst ertheilet, und wollen, daß Seiner des Chur Fürsten Liebden von allen verfallenen und noch in zehen Jahren a dato dieses Briefs anzurechnen fallenden Zinsen, gänzlich befreyet seyn und bleiben, und nach Verfließung solcher zehen Jahren die darauf nächst folgende zehen Jahre mehrers nicht, als einen halben laufenden Zins jährlich abtragen, nach deren Verstreichung aber, das ist, von dato über zwanzig Jahr, die als denn jährlich fallende Zins vöblig zu bezahlen schuldig seyn solle.

g) Vid. die Kayserliche Resolution in puncto commerciorum de anno 1669. apud IO. CHRIST. LÜNIGIVM im Teutschen Reichs Archiv Part. Gener. Contin. I. 2te Sorts. pag. 249. Verba Imperatoris sunt: Was aber die in puncto induciarum moratoriarum

toriarum gethane Erinnerungen antrifft, ist Ihro Kayserlichen Majestät gehorsamster Reichs- Hofrath vorhin auf dasjenige instruiert, was diesfalls in denen gemeinen Rechten und der angezogenen Politey-Ordnung de anno 1577. Tit. 23. enthalten, der solche Verordnung seiner Seite zu beobachten nicht ermangeln wird.

b) apud IO. CHRIST. AB VFFENBACH *de Consilio Caesareo Imperiali aulico, in Append. pag. 196.*

c) Indultum exhibet IO. CHRIST. LVNIG *im Teutschen Reichs Archiv. Part. Spec. 2te Abtheil. pag. 722.*

XVII.

MORATORIORVM GENVS TRIPLEX.

CONTROVERSIA SPECTAT TANTVM AD EA MORATORIA
QVAE DE CVRSV VSVRARVM NIHIL EXPRESSE
DISPONVNT.

SPONTE iam patet, in triplicem classen abire moratoria. ALIA diferte debitori, praeter moram, LIBERATIONEM AB VSVRIS indulgent, ipsoque tenore suo cursum vsurarum sistunt. Ad haec vero non pertinet quaestio, quam ventilamus, cum explicata principis voluntas interpretatione non indigeat. ALIA, itidem clare, disponunt, vt VSVRAE durantibus induciis CVRRANT, eademque, finitis induciis, cum sorte praestentur. Neque ad haec pertinet controversia, cum de principis mente, quam expressit, dubitari non possit. ALIA denique, NULLA VSVRARVM FACTA MENTIONE, moram indulgent.

dulgent. Scilicet ad hanc moratoriorum classem spectat haec controuersia. Si enim inter creditorem et debitorem non conueniat, illo quidem PRO CURSV VSURARVM, quas sibi in rescripto moratorio non ademptas esse dicit, hoc vero CONTRA CURSVM VSURARVM, quas in rescripto reservatas creditori esse negat, strenue laborante, tunc opus est rescripti interpretatione, virum tacite ademptae, an vero reservatae, videantur vsurae, per induciarum seriem currentes. Ea autem interpretatio, quod diximus, fieri debet, qua creditoris ius, tum quoad fortem, tum etiam quoad vsuras, conseruetur.

XVIII.

TEMPERATVR DOCTRINA.
MAGISTRATVS PROVIDERE POTEST
VT EXACTIO VSURARVM

DEFINITIS INDVCIIS FIAT CVM TEMPERAMENTO.

CVRVNT igitur, in regula, durante spatio moratorio, vsurae, quod efficit, vt creditor, finitis induciis, eas cum forte exigere possit. Sed, vt debitoris etiam causae, vbi aequitas postulet, patrocinium praestemus, temperamus doctrinam, memores, VLPIANVM ⁴⁾ suadere, cauendum esse, ne creditor ACERBYM se EXACTOREM praestet. Quod si enim omnis fructus, quem debitor ex quinquennali mora in se suamque rem domesticam redundaturum sperabat, forte belli iniuriis, aut alio casu aduerso, sit interceptus, iamque proximum sit,

vt debitor pessum eat, si, praeter sortem, vsurae illius quinquenni ab eo integrae exigantur cum rigore, rigori huic magistratus potest intercedere, remque, aequitate manucente, ira definire, ne plane succumbat debitor. Agnoscit hanc aequitatem FERDINANDVS III. Imperator, qui in moratorii generalis, Silesiis anno 1638. dati, renouatione de anno 1644. ¹⁾ non solum iubet, vt magistratus, si res inter debitorem obaeratum et creditorem agatur, in arbitrando hanc regulam obseruet, daß weder der debitor allzuhart bebränget, noch der creditor weder Recht und Billigkeit recht und hülflos gelassen, sondern unter beyden, nach Unterscheid der Fälle, die natürliche Billigkeit und was Rechtens ist, gebühlich beobachtet werde, sed etiam, quoad vsuras, quae, durantibus induciis prioribus, excreuerant, hunc in modum disponit: Jedoch und da gleichwohl auch die veressenen Interesse sich so gar und vermessen hoch belieffen, daß dem debitori auf einmal damit aufzukommen ohnmöglich scheinen thäte, so soll alsdenn in solchen jetzt bedeuten Fall, jedes Orts unmittelbarer Obrigkeit arbitrio committiret, und desselben völli- ger Befindung anheim gestellet seyn, wie etwann consideratis circumstantiis, auch nach Gelegenheit vtriusque, sowohl des creditoris als debitoris Person, solche veressene Interesse in gewisse kurze mögliche Termine eingetheilet werden möge. Agnoscit etiam Sapientissimus Elector Saxoniae, IOANNES GEORGIVS II, qui sanctioni suae ²⁾, qua cursum vsurarum moratorio rescripto non listi, earum tamen exactionem differendam esse

esse, constituit, hanc declarationem addit: und da der debitor nach geendeten Inducien, und bey angestellter Execution-Klage in continenti darthun und erweisen könnte, daß er seine Güter inzwischen nicht genuset, noch nutzen können, er damit gehdret, und, nach befundenen Umständen, auch wegen der Zinsen die Erlassung angeordnet werden solle.

k) L. XXXIII. D. de Vfuris.

l) IO. CHRIST. LÜNIG im Teutschen Reichs-Archiv Part. Spec. Tom. V. pag. 809.

m) DECISIO ELECT. XXX.

XIX.

IN DUCATV MAGDEBVRGICO CVRSVS VSVRARVM
DV RANTIBVS INDVCM S LEGE PVBLICA
FIRMATVR.

CORONIDIS loco addimus, etiam in Ducatu Magdeburgico vigere hanc doctrinam, quod vsurae durantibus induciis currant, eademque, his finitis, exigi possint. Audias Legis, a FRIDERICO WILHELMO, Electore, anno 1688 in illo Ducatu promulgatae ²⁾, tenorem: Auch sollen diejenigen, welche Anstands-Briefe aus erheblichen Ursachen ausgewürcket, Zeit währenden Indults mit der Zins-Rechnung zwar verschonet bleiben, nach Ablauf des Indults aber, was unterdes verfallen, mit denen folgenden currenten zugleich zahlen. Subit igitur animum, mirari, quid visum GEORGIO CRVPIO, ipsius Electoris Confilario

filiario, quod hanc doctrinam, quam tamen princeps eius vt aequam, vt iustam, vt subditorum suorum vtilitati profuturam, publica lege approbauerat, INIQUITATIS ET INHUMANITATIS arguat, in Tractatu ^{o)}; quem Regiomoni anno 1699. publice prodire iussit. An sat caute, hoc ipse videat GRVBIVS, cuius tamen laudi, quam, tum ob doctrinae, in eodem tractatu propositae, varietatem et copiam, tum ob singularem, quam praefatio ^{o)} demonstrat, modestiam, meretur, nihil plane detrahimus.

ⁿ⁾ ORDIN. POLIT. DVC. MAGDEB. de anno 1688. Cap. LI. §. 8.

^{o)} GEORGIVS GRVBIVS in Tract. de Processu Fori Prutenici Cap. X. Membr. XVIII. §. 16. n. 53.

^{p)} Accipe Praefationis verba, modesto et liberali ingenio digna: *Cave, credas, in mentem mihi venisse vel aliquid defendere, quod Serenissimi Electoris iuribus, quae submisso animi cultu veneror, ullatenus contrarietur, quin potius tibi persuadeas, me saltem priuatas meas opiniones proponere. De cetero autem cuius liberum iudicium relinquere voluisse, acunc rem tetigerim, an secus. Et quemadmodum vltro fateor, me in plurimis errare potuisse, ita omnia, quae praeter voluntatem meam supradictis iuribus contraria, vel dissona, in hoc libro inveniuntur, pro non dictis vel deletis haberi cupio.*



litano, quod hinc dicitur, quem tamen princeps eius re
petam et insam, uti dicitur in hinc velleu proferam,
publica legatione, in hinc velleu proferam,
agant, in hinc velleu proferam, quem legatione anno hinc
publica insam, in hinc velleu proferam, hinc velleu proferam,
omni hinc, quem, omni ob hinc, in eodem hinc
proposita, varietate et copia, omni ob hinc, quem
proferam, demonstrat, in hinc velleu proferam, nihil plane de
religio.

1) ORDIN. POLIT. DUC. MAGDEB. DE ANNO 1571. Cap. 1. §. 2.

2) ORIGINIS GRAVIS IN STATU DE PRAES. DE PRAES. DE PRAES.

Cap. 1. §. 1. in n. 11.

3) ADIPE. PRAES. DE PRAES. DE PRAES. DE PRAES. DE PRAES.

Cap. 1. §. 1. in n. 11.

4) ADIPE. PRAES. DE PRAES. DE PRAES. DE PRAES. DE PRAES.

Cap. 1. §. 1. in n. 11.

5) ADIPE. PRAES. DE PRAES. DE PRAES. DE PRAES. DE PRAES.

Cap. 1. §. 1. in n. 11.

6) ADIPE. PRAES. DE PRAES. DE PRAES. DE PRAES. DE PRAES.

Cap. 1. §. 1. in n. 11.

7) ADIPE. PRAES. DE PRAES. DE PRAES. DE PRAES. DE PRAES.

Cap. 1. §. 1. in n. 11.

8) ADIPE. PRAES. DE PRAES. DE PRAES. DE PRAES. DE PRAES.

Cap. 1. §. 1. in n. 11.



Widenberg, Diss., 1756-58

ULB Halle

003 608 042

3



Slb





B.I.G.

Farbkarte #13

DE 1757 20
R E S C R I P T I S
O R A T O R I I S
 C V R S V M V S V R A R V M
 N O N S I S T E N T I B V S

~~~~~  
 Von denen Anstands-Briefen, welche den Lauf der  
 Interessen nicht hemmen.  
 ~~~~~

P R A E S I D E
R N E S T O M A R T I N O
C H L A D E N I O D

TITVTIONVM PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO
 VRIAE PROVINCIALIS SCABINATVS ET FACVLTATIS
 IVRIDICAE ITEMQVE IVDICII PROVINCIALIS
 IN MARCHIONATV INFERIORIS LVSATIAE
 A S S E S S O R E

P R O L I C E N T I A
 M M O S I N V T R O Q V E I V R E H O N O R E S

C A P E S S E N D I
 D I E X X I I . N O V E M B R . A . R . S . c l o I o C C L V I I
 P V B L I C E D I S S E R E T

A N N E S C H R I S T I A N . G O T T H E L F F A D A M I
 L V C C A V I A L V S A T V S
 I V R I S V T R I V S Q V E C A N D I D A T V S

~~~~~  
 V I T E M B E R G A E E X O F F I C I N A G E R D E S I A N A .